Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31275
Copyright: Stams, Zisterzienserkloster



Lucam.

Tullo. t. Accesserunt ad ihm pu
blicani et peccatores ut audirent illum. Et murmu
rabant pharisei et scribe dicentes. Quia hic peccatores re
cipit et manducat cum eis. Et ait ad illos parabo
lam istam dicens. Quis ex vobis ho qui ht centum oues et
si perdidit unam nonne dimittit nonaginta nouem
in deserto et uadit ad illam q perierit donec inueniat
illam. Et cum inuenerit eam imponit in humeros su
os gaudens. Et ueniens domum uocat amicos
et uicinos dicens illis. Congratulamini mihi quia inue
noui meam q perierat. Dico uobis quia ita gaudium
erit in celo super uno peccatore penitentiam agente q super
nonaginta nouem iustis q non indigent penitentia. Aut
q mulier habens dragmas decem si perdidit dra
gmam unam nonne accendit lucernam et everrit domum
et quirit diligenter donec inueniat. Et cum inue
nerit uocat amicas et uicinas dicens. Congra
tulamini mihi quia inueni dragmam q perdideram. Ita
dico uobis gaudium erit coram angelis dei super
uno peccatore penitentiam agente.

Offertorium

Operiant ide omnes q confundantur nomen tuum domine.